

niri non possent coram Ordinario domicilii si sibi deliquerent, contraherent, aut res sita esset; qui casus est admodum rarus, cum Ordinarii domicilii non soleant regulariter procedere contra eorum subditos pro delictis paratis ab eis; aut contractibus iniis in aliena diecesi, nec Ordinarii loci, delicti, vel contractus facile delinquentes, vel contrahentes remittant ad Ordinarium domicilii, praesertim, si in causa praevenerint; unde de hoc casu tamquam minus contingibili non censetur Pontifex disposuisse, arg. l. Nam de ea, ff. de legibus.

Præterea text. in d. c. Volentes, ut dictum est supra, emanavit ad dirimendam altercationem, quæ erant inter Canonicos de Templariis, & Hospitalariis delinquentibus extra locum exemptum, ut legitur, & notatur in cap. Tuarum, in gloss. in ver. Privilegii beneficio, supra eod., unde censetur dispositio de exemptionibus mixtis duntaxat, non autem de merè personalibus, de quibus nulla erat controversia.

Et in hunc sensum esse accipiendam prædictam Decretalem ut non comprehendat exemptiones merè personales, colligitur etiam ex Tridentina Synodo ponderando duo sæpius citata decreta, nempe cap. 17. sess. 7. & cap. 4. sess. 14. Nam in primo innovatur, & jubetur servari in casibus exemptorum Constitutio d. cap. Volentes, qua præservantur exemptiones, & solum declarantur non habere locum in tribus casibus ibi exceptis: in secundo autem funditus tolluntur exemptiones personales, & sic exempti absque ulla restrictione plene, & in omnibus supponuntur Ordinariis residentibus ut delegatis Sedis Apostolicæ. Quod si primum decretum includeret etiam exemptiones merè personales, utique adversaretur secundo, quia implicat contradictionem ut exemptiones personales fuerint præservatæ, & restrictæ ad tres casus juxta d. c. 14. atque ut plene in omnibus sublatæ fuerint juxta d. cap. 14. ne igitur Concilium videatur paulo post se correxisse, dicendum est: primum decretum ad exemptiones personales non pertinere.

Porro si Referendarii obtinerent beneficia ecclesiastica, privilegium exemptionis nihil illis prodesset, quominus ratione dictorum beneficiorum essent subiecti Ordinariis tam ex d. c. 11. in fin. sess. 24. quam ex d. cap. Volentes, §. in eos, ver. Nisi iustan. de priv. lib. 6. ibi: Non solum habentes privilegium exemptionis generale, & indefinitum, & sic primæ speciei: sed etiam qui specialiter exempti sunt ratione delicti, contractus, ac rei, de qua agitur, & sic exempti secundæ speciei, si obtineant beneficia Ordinariis subiecta, eorumdem beneficiorum ratione Ordinariorum jurisdictioni declarantur esse subiecti. Confert quod not. Abb. in d. cap. Tuarum, n. 1. vers. Possent tamen dubitari, & post eum Dec. ubi n. 53. supra eod., ubi dicunt personaliter exemptos, puta Capellanos Papæ, si acquirant Ecclesiam in loco domicilii, & faciant ibi residentiam, ratione illius residentie posse ibi conveniri, arg. d. cap. 1. §. in 53. eos, de priv. lib. 6. Confert etiam quod not. Bart. in l. Interdum, §. fin. de iudic. ubi ait Religiosum exemptum, si accipiat executionem ultimæ voluntatis, pro huiusmodi executione conveniri posse coram Ordinario, non obstante eius privilegio exemptionis, & sequitur Dec. ubi supra.

Quinimo S. Congregatio Concilii aliàs declaravit Episcopum posse egere Regulares utcumque exemptos, qui Confraternitatem, vel Hospitalium administrationem suscipiunt, ad reddendas rationes administrationis, & in eos, quos culpabiles repererit, ad iuris præscriptum animadvertere, juxta cap. 8. & 9. sess. 22.

Sunt & alii casus particulares, in quibus exempti non gaudent privilegio exemptionis, quorum generaliter fit mentio in d. cap. Volentes ibi: Salvis nihilominus casibus aliis, in quibus eos Episcopum jurisdictioni subesse canonica præcipiunt instituta; & quamplures concessimus in c. Græve d. n. 9. supra de offic. Ordin. in quæst. An, & quibus casibus Ecclesiæ, & personæ exemptæ, vel nullius diocesis tam sæculares, quam regulares subint visitationi, & jurisdictioni Episcopi, qui tamen ad præsentem questionem, quæ generaliter proponitur, non videntur pertinere.

Ex quibus omnibus videtur concludendum Referendarios quidem ex privilegio Sixti V. gaudere omnimoda exemptione à jurisdictione Ordinariorum tam in visitatione, quam extra eam. Item in casibus tam civilibus, quam criminalibus, & ubi vis delinquant, seu contrahant, aut res litigiosa consistat: eorum vero familiares, Capellanos, & servitores subesse visitationi, & correctioni Ordinarii tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, quia exemptio à visitatione, & correctione Ordinarii eis concessa in Constitutione Pauli III. ac deinde sublata à Concilio in cap. 31. sess. 6. & 7. sess. 14. minime revixit per Constitutionem Sixti V. quæ de ipsis nullam fecit mentionem extra visitationem, sed in casibus quidem civilibus familiares, Capellanos, & servitores huiusmodi itidem conveniri posse coram locorum Ordinariis tamquam Delegatis Sedis Apostolicæ juxta terminos d. c. 14. sess. 7. sed in casibus criminalibus subesse jurisdictioni Ordinariorum auctoritate delegata, dummodo Ordinarii ipsi in suis Ecclesiis resederint; quia exemptio Pauli III. quoad hoc similiter adempta eis fuit à Concilio in d. c. 4. sess. 13. & à Constitutione Pii IV. in favor Episcoporum residentium. Sin autem Episcopi à suis Ecclesiis abfuerint, tunc familiares, & alios, ut supra, in prædictis casibus criminalibus extra visitationem sui debere exemptione eis attributa à Paulo III. & Episcopis absentibus minime sublata in d. c. 2. & Constitutione Pii IV. Quia quod non mutatur, & c. l. Præcepimus, in fin. c. de appell. & l. Sancimus, c. de testam.

De Privilegiis.

Cap. Quoniam:

S V M M A R I U M.

Privilegium monasterio concessum, quod eius Monachi excommunicari non possint, intelligitur de Monachis manentibus in monasterio, vel capellis suis utroque iure subiectis.

Privilegium exemptionis concessum personis respectu certi loci non sequitur illas extra locum, & non seq.

Immunitas à tutela suffragatur Clericis, & Monachis ibi

his quamdiu apud Ecclesias, vel monasteria permanent.

Regulares, qui studiorum causa ad Universitates mittuntur, si in conventibus non habitent, ab Ordinariis puniuntur.

Regularis Lector in publica Universitate, si delinquat contra instituta sui Ordinis, an sit puniendus à Rectore ipsius Universitatis, an vero à suis Superioribus Regularibus. & num. seqq. usque in fin.

Reveris Universitatis iurisdictione in Lectores, & studentes non comprehenditur alias causas, quam eas, quæ oriuntur occasione studiorum, ac professionum.

Intellectus l. final. c. de iurisdic. omn. iud. ibid.

Juramentum habet vim rehorativam, non extensivam.

Ei in eo semper intelligitur excepta Superioris auctoritas.

Scholaris Clerici non subsunt Reclori Universitatis: nisi quo ad ea, quæ professionem respiciunt.

QUONIAM, Privilegium monasterio concessum, quod eius Monachi excommunicari non possint, intelligitur de Monachis manentibus in monasterio, vel capellis suis utroque iure subiectis. Hoc dicit Jo. Andr. Butr. Cardin. Anchar. Abb. & Mar. Socin. & est casus quotidianus secundum Abbatem.

In textu ibi, in ipso monasterio permanentibus nota quod privilegium exemptionis concessum personis respectu certilocum non sequitur illas extra locum: unde si alibi morantur, privilegio non gaudent, concordat text. in cap. Volentes, §. eos, de priv. lib. 6. ubi privilegium Religiosorum concessum in e quoquam interdici, suspendi, aut excommunicari valeant, non suffragatur eis, qui degunt vel administrationem suscipiunt in Prioratibus Episcopi jurisdictioni subiectis: & est simile in cap. Generaliter, 16. q. 1. ubi immunitas, quam Clerici & Monachi habent, à tutela sive tellamraria, sive dative, sive legitima, tamdiu eis prodest, quamdiu apud Ecclesias, vel monasteria permanent non divagantes. Item simile in c. Abbate, in fin. infra, de verbor. signif. in cap. Innovamus, supra, de temp. & pac. cum suis concordantiis, & ibi notat glof. in ver. Permanentes ibi, Innoc. in fin. Abb. Antiq. qui summat sic: Privilegiatus non gaudet privilegio, cum moratur, vel destinatur causâ vagandi ad Ecclesiam non exemptam, Host. nu. 1. in ver. In ipsa monasterio, & nu. 2. Butr. nu. 2. ubi ait (Nota quod privilegium exemptionis, personale concedens exemptionem respectu certi loci, personas subtrahit à jurisdictione diocesanâ illius loci, in quantum delinquant vel aliquid agunt in loco, cui concessa est exemptio: in quantum autem delinquant extra locum, non subtrahit eos) Abb. & Mar. Socin. in ult. not. Jo. Andr. & omnes in summo. text. Confert Concilium Tridentinum in c. 4. sess. 25. de Regular. ubi statuitur, ut Regulares, qui studiorum causa à Universitatibus mittuntur, in conventibus tantum habitent, alioquin ab Ordinariis contra eos procedatur: & adde quod scripsi in cap. Græve, nu. 47. supra de offic. Ordinari. & ibi vide 45. casus, in quibus Regulares exempti non gaudent privilegio exemptionis, à nu. 37. usque ad nu. 80.

Ex factis quælibet est Posita Bulla Martini V. Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

qua Lectores publici Universitatis Viennæ Austriae, cuiuscumque ordinis, gradus & conditionis subiacentur Reclori ejusdem Universitatis, ita ut ab ipso carceribus mancipari, excommunicari, & ab excommunicatione absolvi possint.

Item posito juramento fidelitatis & reverentia, quod eidem Lectores Reclori prædicto, dum admittuntur, præstare soliti sunt: Ac decreto Concilii Tridentini sess. 25. cap. 4. de Regular.

An Regularis, qui de licentia suorum Superiorum publice profuerit in dicta Universitate, si delinquat adversus instituta sui Ordinis, ac decreta Superiorum Regularium, puniendus sit ab eisdem Superioribus, vel potius à Rectore Universitatis, adeout possit Reclor ipsium Regularem in carcerem detrudere, excommunicare, & ab excommunicatione suorum Superiorum, quatenus ab eis excommunicetur, absolvere, argue Superioris eum punire tentantes, uti iudex competens impedire, & coercere

Videtur respondendum huiusmodi Regularem adversus instituta sui Ordinis, ac Superiorum decreta delinquentem esse à suis Superioribus puniendum, non autem à Rectore Universitatis. Quia jurisdictioni Recloris in eos, qui legendi, vel studendi causa in Universitate commorantur, non comprehenditur alias causas, quam eas, quæ oriuntur occasione studiorum, ac professionum, ut deducitur ex l. fin. c. de iurisdic. omn. iud. ubi glof. in ver. Publicis notat dispositionem illius textus, qua professionem, vel negotiationem exercentes subiacentur Reclori, ad quem illarum professionum, seu negotiationum cura pertinet, procedere in his, quæ professionem, vel negotiationem ipsam respiciunt, aut illius occasione oriuntur: eamque ibi sequuntur Cyn. in 2. q. Bart. n. 5. Bald. n. 4. Paul. de Caltr. n. 2. & Innoc. in c. Cum ad Ecclesiæ, de off. ord. ubi & alii. Quam l. fin. procedere etiam in Universitate Doctorum, vel Scholarium, notat ibidem Bart. in fin. dicens ita usum receptum esse, & Paul. de Caltr. num. 7. unde cum in dubio proposito agatur de crimine commissio contra statuta Ordinis, ac Superioris Regularium decreta, & sic de his, quæ ad Lectoris professionem non pertinent, aperte constat Regularem esse à suis Superioribus, non ab Universitatis Reclore puniendum.

Et cum Bulla Martini V. simpliciter subiciat Lectores Reclori Universitatis, intelligenda est iuxta dispositionem juris communis, cui Pontifex præsumitur se voluisse conformare, arg. l. 2. c. de noz. & in Authen. de non alienand. §. final. circa finem collat. 2. l. Eiusmodi famulas, §. i. ff. de legat. l. cap. Ecclesia vestra, si secundo, vers. Neque enim credendum est non manu Pontificis, & c. de elec. & ius alterius noluisse lædere, cap. Licet, de off. Ordin. cap. Cum dicat apostolus, de Ecclesi. edific. & cap. Vestralu, cum concord. de quibus ibi per glof. in ver. Continuator expressum, supra eod.

Nec juramentum fidelitatis & reverentia, quod operatur, cuius est intelligendum quoad eos, in quibus Reclori iurisdictione legitime competit, juramentum enim habet vim rehorativam non extensivam, l. fin. c. de non num. pec. ubi Bald. Præterea hoc juramentum non operatur in prædictum Superioris Regularis jurantis, quia in eo Superioris auctoritas semper censetur excepta, c. Venientes, de iur. eor. cap. Imperialium, §. fin. de prohib. alien.

9 alien, per Frider. in off. feud. & in terminis Clericorum in universitate studii incumbentem non subesse Rectori, nisi quoad ea, quae respiciunt professionem, tradit expressè Abb. quasi. 8. num. 2. & 9.

De Privilegiis.

Cap. Vt privilegia.

S V M M A R I V M.

- 1 Oblati alienius Religionis an sint iudicandi persona Ecclesiastica, autem a foro saeculari, & vestigialibus tam quoad personas, quam quoad bona debeant esse immunes, & n. seg. usque ad finem; & praesertim nu. 26. vers. Ex his sequitur.
- Et quatenus sint immunes, an eorum exemptio extendatur etiam ad conjugatos, n. 27.
- Et an exemptio a foro saeculari suffragetur pro delictis ante oblationem commissis, n. 33.
- Et an Oblati carentes requisitis Concilii Tridentini in cap. 11. sess. 24. subint Episcopo tam in spiritualibus, quam in temporalibus, nu. 34.
- Et an iustis cumulatibus, vel privative ad Superiores Religionis, cui sunt oblati, n. 36.
- 2 Oblati assumunt privilegia Religionis, cui oblati sunt, Declaratur, n. 4. & segg.
- 3 Christianorum duo sunt genera.
- 4 Oblati quales esse debeant ut privilegia potantur, & num. 11.
- 5 Servi Ecclesiarum gaudent ecclesiasticis privilegiis.
- 6 Obligati sunt servi monasterii.
- 7 Oblati acquirunt monasterio, non sibi, ibidem.
- 8 Oblatus plene non dicitur offerens se, Ac bona praesentia.
- 9 Oblatio plena quid requirat.
- 10 Oblati promittunt obedientiam, licet non Monachalem, Oblatus renunciat proprio, & amittit testamenti factionem, ibidem.
- 11 Bona oblata etiam sine persona efficiuntur ecclesiastica.
- 12 Offerens bona sine persona non efficitur de foro ecclesiastico, Confrater dici non potest, qui bona sua dat Religionis, ibidem.
- 13 Offerens se, aut simpliciter, aut sine bonis, aut cum reservatione bonorum, non est persona ecclesiastica.
- 14 Oblatio censetur celebrata iuxta Ecclesiae statutum vel consuetudinem.
- 15 Conversus in Ecclesia Regulari cum persona censetur etiam bona obtulisse.
- 16 Secus in Conversa Ecclesia saeculari, ibidem.
- 17 Offerens se simpliciter non censetur obtulisse bona.
- 18 Offerens se, & maiorem partem bonorum non dicitur persona ecclesiastica.
- 19 Exemptiones ut duobus, aut tribus denariis Religionis oblatis acquirantur, indignum est.
- 20 Oblatus non dicitur se, cui pars bonorum oblaturum in emphyteusim conceditur.

- Latus tenetur ad onera laicalia pro emphyteusi Ecclesiae, ibidem.
- 21 Concessiones circa oblatos.
- 22 Oblatio non excluditur ex detentione, vel usu saeculi rei oblata, permittente Superiore.
- 23 Oblatio an habitus mutationem requirat, & qualem, & n. 27.
- 24 Conversi, & oblati in quibus differant.
- 25 Oblatio an requirat ut saeculum relinquatur.
- 26 Miles commensu accipio remansens in domo sua non habet Militum privilegia.
- 27 Concilii Tridentini requisita in cap. 11. sess. 24. sunt necessaria ad vitandum forum Ordinarium, non autem iudicium laici.
- 28 Oblati plene an gaudeant privilegio, si ante, vel post oblationem in matrimonium contraxerint.
- 29 Coniugalis status non est incompatibilis cum statu oblationis.
- 30 Votum solemnizatum per susceptionem sacri Ordinis, vel per professionem.
- 31 Clericus conjugatus non gaudet nisi privilegio fori, & Canonis.
- 32 Oblatus coniugatus gaudet omnibus privilegiis persona ecclesiastica.
- 33 Oblati post delictum commissum an, & quando subint foro saeculari.
- 34 Concilium Tridentinum cap. 11. sess. 24. non habet locum in civilibus, sed tantum in criminalibus.
- 35 Episcopi iurisdictione in oblatos respicit spiritualia tantum.
- 36 Oblati non habentes requisita an eximantur etiam a iurisdictione diocesana.
- 37 Concilium Tridentinum quid statuerit circa oblatos praeterea communis.
- 38 Episcopi iurisdictione in oblatos an sit cumulativa.
- 39 Iurisdictione concessa Episcopo in saeculares an sit privativa ad Rectorem Universitatis.
- 40 Iurisdictione Episcopi quibus casibus sit cumulativa cum inferioribus Praelatis.

VT PRIVILEGIA. Privilegium Religionis concessum ut possint sepeire Confratres suos tempore interdicti, intelligitur de illis Confratribus, qui licet maneat in saeculo, tamen se Ordini obtulerunt mutato habitu saeculari; vel de illis, qui bona sua eis dederunt usufructu retento. Hoc primo Privilegium Religiosis concessum, quo ejus venientibus ad locum interdictum semel in anno aperiantur Ecclesiae, ut celebrentur in eis divina, intelligitur quod una sola aperiantur in loco. Hoc dicit. Et secunda ibi, illud, Jo. Andr. dividit in tres partes. Prima praemittit exordium. Secunda duas declarationes, quarum posterior incipit ibi, illud. Tertia penam addit. Secunda ibi, Sanè. Tertia ibi, Qui vero. Et secunda pars textus locum habet tantummodo in privilegiis obtentis post cap. Alma Mater, de senten. excomm. lib. 6. Non autem in obtentis ante, quia sunt revocata per illam Decretalem, ut in specie de hoc privilegio Templariorum, & Hospitaliariorum, quo in eorum iurando advenit semel in anno aperiebatur una Ecclesia in loco tempore interdicti, & celebrabantur divina, declarat glossa ibi in ver. Concessis, & Abb. hic in ult. notab.

Circa 1. partem textus generaliter QUERO, primo, an Oblati alicujus Religionis iudicandi sint personae ecclesiasticae, adeo ut a foro saeculari, & vecti-

vestigialibus tam quoad personas, quam quoad bona debeant esse immunes, five personam, & univèrsa bona oblatum, five personam tantum, five personam cum minima parte bonorum, praesertim si hujusmodi pars bonorum illis postea à Superiore Religionis fuerit in emphyteusim concessa.

Et quamvis sint immunes, an talis exemptio extendatur ad conjugatos five ante, five post oblationem matrimonium contraxerint. Et an eadem exemptio a foro saeculari illis etiam profit, qui ante oblationem delictum commiserunt, cujus vindicta ad iudicem saecularem pertinebat.

Item an iurisdictione, quae vigore Trident. Conc. c. 11. sess. 24. Competit Ordinarium in Oblatos carentes requisitis expressis ibidem in ver. Exemptio. Complectatur tam spiritualia, quam temporalia.

Et an talis iurisdictione ex decreto Concilii intelligatur tributa Ordinarium in Oblatos cumulative, vel privative quoad Superiores ejus Religionis, cui oblati sunt.

Vt in hac materia, in qua maxima est opinio varietas, quantum fieri potest clarè procedatur, primum constituenda sunt conclusiones, in quibus Doctores conveniunt; & deinde ad eas descendendum, in quibus discrepant sententiae.

1 Primum illud certi juris est, Oblatos esse ecclesiasticas personas, & privilegia Religionis, cui oblati sunt, assumere, atque a foro saeculari, & saecularibus exactionibus esse exemptos: quod probatur hic, & in cap. Cum & plantare, §. De Confratribus, §. supra eodem, cap. Non dubium, de senten. excomm. & in c. Per exemptum, de privileg. in 6. Clem. 1. de decim. ubi DD. cum concord. Tamen si enim duo sunt genera Christianorum, alterum laicorum, alterum eorum, qui divinis sunt mancipati obsequiis, cap. Duo sunt, 12. q. 1. æquum est tamen omnes quoque Oblatos utrumque laicos, qui se Religionis dedicaverunt, ejus assumere privilegia, gloss. in d. cap. Non dubium, in ver. Religionis.

2 Hi autem oblati quales esse debeant pluribus modis explicant, DD. aliquando enim requirunt ut sint proprie oblati cum effectu; aliquando ut sint plene oblati, five plene translati, ut dictis privilegiis potantur, ut hic notant Henr. & Abb. n. 3. & idem Abb. conf. 54. in 1. par. hinc. 3. & probatur in d. cap. Cum & plantare, §. De Confratribus, ibi Si non se praedictis fratribus omnino reddiderint. & in d. Clem. de decim. in ultimis verbis. Et ratio est, quia per hanc propriam oblationem five plenam, five cum effectu, Oblati efficiuntur similes servi Ecclesiarum, qui Ecclesiasticis gaudent privilegiis, cap. Ecclesiarum servos, 12. q. 2. Quare ratione utitur Archid. in d. cap. Duo sunt, Abb. in d. conf. 54. num. 3. Sylvest. in ver. Ecclesia, primo, nu. 6. vers. Quantum, & passim in doctores. Imò eos esse proprie servos monasterii dicit gloss. in c. Vt lex conveniet, in ver. Professus, 27. q. 1. & Card. in Clem. 1. de decim. num. 22. Subdens eos propterea acquirere monasterio, non sibi. Ac proinde excluditur, qui obtulisse, & bona omnia usufructu retento; id enim non sufficit ad plenam oblationem, quamvis sufficiat ut sit privilegiatus quoad privilegium Religionis, ut ejus Regulares sepeliri in Ecclesia possint tempore interdicti, ut tradit gloss. in c. Clem. 1. de decim. quae optime Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

hanc materiam distinguit, Henr. Boich. in hoc cap. Franc. Marc. decis. 24. num. 2. Straccha in resp. Aut. Ingressi, cap. 10. num. 22. Butr. in cap. 16. praesentia, de probat. in fine. Praeterea excluditur, qui obtulit bona omnia praesentia, sed non futura, quae non veniunt in simplici oblatione, ut per Strach d. Authen. Ingressi, in verb. Suum, cap. 8. num. 14. Tamen Ant. de Butr. d. cap. In praesentia, in fine tenuerit offerentem se, & sua Ecclesia Regulari censeri etiam offerre futura; quia sic est de natura Ecclesia.

3 Ad hanc verò effectivalem, seu propriam, & plenam oblationem inducendam quae requirantur, magnam habet dubitationem. De duobus planè requisitis nemo dubitat, videlicet opus esse, ut Oblatus perpetuo, & efficaciter obtulerit à se, quae bona sua; ea nimirum ratione, quia devotendo se, promittit obedientiam, licet non Monachalem, Anchar. in d. Clem. 1. de decim. num. 26. & offerendo bona, renunciat proprio, & amittit testamenti factionem, gloss. in cap. Vt lex conveniet, in ver. Professus, 27. quasi. 1. Dec. in cap. In praesentia, num. 26. de probat. Quae duo efficiunt offerentem personam Ecclesiasticam, ut per DD. in cap. Cum ad Monasterium, de stat. Monach. Et quamvis possit offerens offerre se sine bonis, & bona sine persona sua, & possit etiam offerre se cum parte bonorum, ut per Socin. in 1. q. de oblat. in 7. libello, in pluribus questionibus: tamen in hoc casu, ut persona sit ecclesiastica, requiritur ut oblatio perpetua, & efficaciter tam persona, quam bonorum, ita utrumque requirunt per textum d. Clem. 1. de decim. Laud. ibidem. Imol. num. 28. Anchar. num. 16. Zabarell. num. 20. Hostien. hic num. 6. & lo. Andr. in gloss. 3. Henr. & Abb. eod. loco Dec. in cap. 1. In praesentia, num. 23. de probat. Archid. quem ceteri sequuntur in d. cap. Duo sunt, num. 6. Abb. in d. conf. 54. num. 2. Sylvest. in ver. Ecclesia, num. 6. vers. Quantum. Remig. de Charit. Jurisd. quasi. 61. num. 33. & passim in DD. de hac materia tractantes. Et in specie talem obligationem debere esse perpetuam, tradit post alios Covarr. in loco inferius citando num. 8. & ante eum lo. Andr. d. c. per exemptionem, ubi Gemin. & Franc. in secund. do notab.

4 Et hac duorum requisitorum necessitas excludit primò à numero personarum ecclesiasticarum Oblatos illos, qui offerunt bona, & non se; quamvis enim ea bona ob talem oblationem ecclesiastica efficiantur, ut per Abb. d. conf. 54. num. 2. & sint immunita ab exactionibus saecularibus, ut ibi per eum; non tamen illa offerens absque persona efficitur de foro Ecclesiae, ut per DD. supracitatos praesertim Abb. hic num. 3. ubi ait Confratrem dici non posse qui bona sua dat Religionis, quia illa est donatio, & non frateritas.

5 Secundo excludit offerentes personam absque bonis, five personam obtulerint cum reservatione expressa bonorum five simpliciter personam obtulerint, nulla de bonis mentione facta; nam in ejusmodi oblatione bona non veniunt, nisi expressè offerantur. Utr. in cap. In praesentia, de probat. in fine, lo. Andr. & alii, quos refert, & sequitur Socin. d. tract. & Libell. in 22. quasi. Quod tamen limitat, nisi aliud haberet statutum, vel consuetudo Ecclesiae, cui fit oblatio, quia tali casu oblatio intelligeretur celebrata iuxta illius Ecclesiae statutum, vel consuetudinem.

16 Nec obstat, quod bona sunt accessoria ad personam, ac propterea quod offerens se censetur etiam bona obtulisse, etiam si non exprimentur, ut de converso Ecclesie secularis tenuit Odoff. relatus à Bart. in Authen. *Ingressi*, num. 12. C. de Sacros. Eccles. Et de converso Ecclesie Regularis, Bald. *ibid.* num. 4. *vers.* *Secundo oppono*, & Franc. Marc. *decis.* 22. num. 12. Bellam in cap. *Religioso de sentent. excomm. lib. 6.* Respondetur enim in converso Ecclesie Regularis non dubium quod oblata persona, etiam bona oblata censentur, cum illa retinere non possit, quia efficitur Religiosus, ut per Bartol. & Bald. *ubi supra*. At in Converso Ecclesie secularis factus est; is enim cum possit retinere bona, per oblationem persone non censetur bona obtulisse, ut per Bald. in d. Authen. *Ingressi*, num. 5. Nos autem agimus de Oblato Regulari Ecclesie, qui cum non efficiatur Monachus, & possit bona retinere; à cessante ratione, quam in Converso Regularis Ecclesie reddunt Bartol. & Bald. quod oblata persona censetur obtulisse etiam bona, quia ea retinere non possunt; sequitur ut cum Oblati retinere bona possint, ea obtulisse non intelligantur. Et id est, quod etiam tradit Bald. in d. Authen. *Ingressi*, n. 8. ubi ait Oblatum Regulari Ecclesie bona non admittit, nisi totaliter renunciet saeculo, illudque muret, quo casu Monacho æquiparatur.

17 Tertiò his duobus requiritis excluditur etiam his, qui obtulit personam cum parte bonorum tantum, quamvis majorem: cum enim Doctores requirant simpliciter oblatione bonorum; hoc verbum, *bonorum*, in hac materia simpliciter prolatur includit omnia bona, Socin. d. *tr. de oblat. in 8. lib. 11. qu. 5.* & oblationem majoris partis in hac materia non equipollere oblationi omnium; docuit glof. *hic in ver. Pro parte*, ubi Henric. id in specie adnotavit. Quod cum verum sit, à fortiori procedit in eo, qui obtulit Ecclesie minimam partem bonorum, in quo proprie quadrat quod habetur hic, Indignus esse ut pro duobus, aut tribus denariis acquirantur hujusmodi exemptiones.

20 Præsertim si postea talis bonorum pars Oblato in emphyteusim concederetur; quo casu nedum offerens non est plene oblatus, sed etiam bona ipsa ad onera laicalia tenentur: Tum quia hoc casu videtur subesse fraus propter actum vicinitatem, Oldrad. *conf.* 324. *Factum tale est. Dominus noster, sub num. 6. vers.* *Et quod fuerit fraudulenta*; Tum quia laicus tenetur ad onera laicalia pro re emphyteutica quam obtinet ab Ecclesia; quia dominium utile est quid laicale, Alex. *conf.* 103 in 1. *vol.* ubi dicit eum teneri ad solutionem vestigialium ratione fructuum: & post Barb. & alios tradit Remig. de Charit. *subsid.* q. 61. n. 32. & 33.

21 Ex prædictis satis tuto eliciuntur aliquæ conclusiones negativæ, videlicet offerentes se, & non bona sive ea expressè retinent, sive de eis mentionem in oblatione non faciendum, non debet ceteri personæ Ecclesiasticæ, nec gaudere immunitatibus, nisi ex statuto, vel consuetudine Ecclesie, cui fit oblatio in oblatione personæ bonorum oblatio includeretur, ut dictum est. Item nec sunt personæ Ecclesiasticæ offerentes se, & bona, sed non universa; & multò minus, si minimam tantum eorum partem obtulerint; præsertim si ea postea in

22 emphyteusim ab Ecclesia obtinuerint: non tamen videtur excludendus, quominus sit persona Ec-

clesiastica, qui sibi non reservavit aliquam partem suorum bonorum neque in proprietatem, neque in possessionem, nec in usufructum nec in jus utendi, sed tantum in quandam detentionem, & usum facti, permittente Superiore regulari, & donec ipse Superior voluerit, itaut Superior possit pro libito auferre, licet de honestate permittente possit, ut de Regular. declarat Bald. in d. Authen. *Ingressi*, n. 8.

Verum an sit constituenda conclusio affirmativa ut qui se, & bona obtulerint, personæ ecclesiasticæ censentur, & immunitatibus gaudeant, etiam si nihil aliud præterea concurrat; in hoc est maxima difficultas propter alia duo requirita, quæ una cum oblatione personæ, & bonorum nonnulli Doctores conjunctim exigunt, & nonnulli prætermittunt, itaut non videantur illa habere pro necessariis ad gaudendum immunitate.

Ex his alterum est mutatio habitus, an videlicet ut offerens bona, & personam sit persona ecclesiastica, oporteat ut habitum mutet.

Alterum est an ita offerens ut sit persona ecclesiastica, necesse sit ut saeculum relinquat, & ad Ecclesiam se transferat.

Quoad primum, verior, & communior videtur opinio, ut etiam habitus mutatio requiratur. Hæc est doctrina Hostien. *hic n. 6.* quo loco ait: (Vbi aliqui, vel aliquæ offerunt se, & sua Ecclesiis Cathedralibus, vel Conventualibus, vel aliis secularibus, & signum accipiunt, ecclesiasticæ personæ censentur.) Hostien. totidem verbis refertur, & sequuntur Jo. Andr. in *gl.* 3. Ant. de Butr. Henric. & alii, Archid. in d. cap. *Duo sunt*, nu. 6. Sylvest. d. *ver. Ecclesiæ*, n. 8. *vers.* *Limitare*, & in *verb. Oblatos, proprie sum.* Idem Hostien. in *Summa in d. Regular.* §. 1. *supra cit.* in *fin.* S. Antonin. in 1. *part. in 23. lap. 5. §. 1.* Et in terminis ita decidit Capell. Tolosana *decis.* 8. ubi habetur, laicum qui se, & bona obtulit Ecclesie, habitum non mutato, non esse restituendum judicio ecclesiastico. Nec novum est in iure Canonico ad consequenda privilegia ecclesiasticæ personæ necessariam esse declarationem habitus ecclesiastici, ut in cap. 1. *de Cler. coning.* in 8.

24 Hujus opinionioni non obstat primò quod Doctores constituentes differentiam inter Conversos & Oblatos dicant eos esse Conversos qui se, & sua dant Religioni, habitum mutato; Oblatos vero qui se, & sua offerunt absque habitus mutatione, Laud. quem refertur, & sequuntur in *Clemen.* 1. *de decimis*, *supra cit.* Zabarell. n. 10. Anchar. n. 16. Imol. num. 28. Dec. in d. c. *In presentia*, num. 22. Covarr. in cap. *Alma Mater*, in 2. *part. vel. d.* §. 3. num. 8. Id enim ita accipiendum, ut in Oblato non sit necessaria totalis mutatio habitus, nec accipio habitus Religionis, cui se offert, sed sufficit aliqua habitus mutatio, itaut non sit habitus Religiosus, quem admodum debet esse habitus Conversi sed differtens tamen à laicali ita declarat hic glof. *in ver. Mutato* ubi in specie Henric. hanc rem luculenter explicat, Sylvest. in d. *ver. Ecclesiæ*, n. 8. *vers.* *Limitare*, & hoc est quod dicebat hic Hostien. quem ceteri sequuntur, videlicet signum aliquod accipere debere Ecclesiasticas personas.

Non obstat secundò, quod aliqui Doctores, & præsertim Abb. in d. *conf.* 54. *scripserim Oblatos*, qui se, & bona obtulerint ceteris Ecclesiasticis personis, & sic duo requirita recenseat, & mutatio-

nem

hem habitus tamquam non necessariam omittat: quia tam Abbas, quam ceteri Doctores ita loquentes, vel non excludunt hoc requiritum, licet nec includant, vel si excludere intendunt, adversantur communiori opinioni Doctorum illud quoque requirentium, ut supra dictum est.

Quoad alterum de saeculo relinquendo an sit necessarium in offerente, major est difficultas: nam plures ex Doctoribus hanc materiam pertractantibus requirunt oblationem personæ, & bonorum, plurimi verò adiciunt tertium requiritum mutationis habitus non totalis. At verè nemò in locis supra cit. aut certe paucissimi exprimunt necessarium esse ultra prædicta etiam saeculum derelinquere, ut sit locus privilegio exemptionis: & tamen valde probabilis est opinio, id quoque requiritum debere cum ceteris concurrere: quod certè apertissimè sentire videtur Host. in cap. *Non dubium*, *de sent. excomm.* dum loquens de converso Ecclesie secularis, qui tradidit se, & sua, & idem est cum oblato, ait: Si est conversus remansens in domo propria, & tamquam laicus vivens, non gaudet immunitate: si verò est conversus, qui tradidit se, & sua, & est confisus, & vadit ad horas suas audiendas, ut vivit honestè, sicut Clericus vivere debet, talis in forum Ecclesie in totum intelligitur esse translatus, & immunitate ecclesiastica gaudet. Host. ibi sequuntur Io. Andr. Ant. de Butr. Henric. Collecta, & Petr. de Vbald. in *tr. de quarta Episc.* & *Parochial.* in 17. q. n. 11. & quavis Hostien. in 2. membro suæ distinctionis non expresse ita debeat suam domum, sive saeculum relinquere, cum tamen in priori membro id expresse dixit illud non gaudere, immunitate: in secundo, in quo sentit gaudere factis exprimit oppositum, id est eum à domo sua recessisse, & ad Ecclesiam esse translatum, ut exprimit ibi Collecta ita intelligens Hostienis doctrinam.

Præterea id videtur probari per text. in cap. *penult. infra eod.* ubi habetur tales Confratres, seu Oblatos quoad manserint in domo sua non assumere privilegia Religionis; & ita illum textum intelligunt Innoc. Host. & Io. Andr. notantes mutationem habitus sufficere quoad privilegia circa interdictum, de quo in textu nostro, sed quoad cetera non sufficere, sed necessariam esse plenam translationem, juxta illum textum, qui loquitur de propria domo relinquenda: & hunc intellectum esse communem ostendit ibi Ant. de Butr. dicens ita esse tenendum secundum Doctores; quod etià sentit videtur Abb. dum notat eum, de quo textus loquitur, id est qui in domo propria manebat, non esse plene Oblatum: & ita in eo textu hunc casum esse clarum, ita ut non sit locus cavillationi, tradidit Zabarell. *conf.* 21. n. 5. & 6. cui potest addi Abb. *hic n. 3.* ubi ait non esse plene Oblatos stantes in saeculo.

26 Rationes hujus opinionionis sumi possunt ex glof. in d. c. *penult.* ubi adducit plura circa militem armatæ militiæ, qui si commat accepto remanet in domo sua, non habet militis privilegium, l. *Miles. ff. Ex quib. caus. maior.*

Nec videtur obesse, quod plerique ex Doctoribus de hoc requirito non meminerint, quia non propterea dicunt illud non esse necessarium, & sic est locus ab auctoritate negativa desumptus, qui non probat, nec destruit opinionem Host. Zabarell. & aliorum, præsertim ex textu desumpto,

qui aperte sentiunt id requiritum delicti saeculi cum ceteris debere concurrere.

Ex his sequitur oblatio ita demum privilegio fori, & saecularium exemptionum gaudere, si se, & bona perpetuò, & in forma valida in manibus Episcopi, vel Regularis superioris Religioni obtulerint nulla re sibi reservata, atque habitum mutaverint, & saeculum relinquerint. Nec est quod adiciamus alia requisita ex decreto c. 11. *sess.* 24. quia illa sunt necessaria ad vitandum forum Ordinarium, non autem iudicis laici, in quo Conciliū nihil novi statuit.

27 Ad secundum de plene oblati, qui post oblationem matrimonium contraxerunt, videtur respondendum si id promissum superioribus fuerit, & vivat de mandato eorumdem superiorum in domibus vel prædiis Ecclesiarum, seu monasteriorum pro eorum servitio, debere gaudere privilegiis, sicuti etiam qui ante contraxerunt, dummodo se vent supra dicta. Cum enim huic oblationi cum requisitis supra dictis non insit obligatio continentis, consequens est, ut status conjugalis non sit incompatibilis cum statu oblato. Antecedens probatur ex doctrina glof. *in cap. Vbi lex*, 27. q. 1. *in ver. Atque conversi*, Archid. in d. cap. *Duo sunt*, n. 6. Sylvest. in *loc. supra cit.* Host. lo. Andr. Henric. & aliorum *hic Franc. Marc. decis.* 24. n. 12. Ita videmus de conjugatis oblati extare consilium Abb. 53. *par. 1.* Cald. *conf.* ultimo de *regular.* & Zabarell. *conf.* 21. & Bald. *conf.* 240. in 5. *vol.* qui loquuntur de conjugatis ante oblationem. Sed post oblationem licere matrimonium contrahere, nec propter oblationem ullum insurgere impedimentum, sentiunt Doctores omnes supracitati, & in specie Imol. in d. *Clem. 1. n. 10.* ubi reddit rationem; quod votum impediens, & dirimens matrimonium solemnizatur vel per susceptionem Ordinis sacri, vel per professionem tacitam, vel expressam, juxta textum in cap. *Vnicò de voto* in 6. quorum inquit, neutrum hic fuit. Imò cum nullus in plus obligetur monasterio, quam pateat de ejus intentione, talis non se obligavit ad castitatem, sed tantum ad obedientiam, & reverentiam: ex quo sequitur ut matrimonium postea contractum teneat, & contrahens oblatum non propterea definat esse persona ecclesiastica.

28 Quod si obiciatur Clericum conjugatum incedentem in habitu gaudere privilegio fori, & Canonis, sed non aliis, & in specie non esse exemptum à secularibus taxationibus, ut habetur in c. *Vnicò de Cler. coning.* in 6. ubi glof. & Covarr. *Prædictas quest. cap. 31. n. 9.* Et propterea à fortiori id videtur procedere in oblato, de cujus exemptione non adeò constat inter Doctores, sicuti de exemptione Clerici.

29 Respondetur d. cap. *Vnicò*, restringens exemptionem, tamquam odiosum: ut ibi per Doctores, non debere extendi ad alias personas ecclesiasticas, & non solum habere locum in Clericis, de quibus loquitur; aliis verò remanere in dispositione juris communis.

30 Ad tertium de his qui ante oblationem delictum commiserunt, cujus punitio ad iudices laicos pertinebat, distinguendum est. Aut delinquens obtulit se, & sua post delictum sine fraude; & tunc liberatur à jurisdictione iudicis laici, debetque tantum puniri ab ecclesiastico. Aut in fraude obtulit se, & sua ut se eximeret à jurisdictione iudicis

G 4

618

cis laici; & tunc ab eo puniti potest, non tamen corporaliter, sed alia poena confiscationis bonorum, vel pecuniaria, ita ut remaneat subditus respectu causae, & honorum, non autem respectu personae. Ita relatis pluribus Doctoribus de communi opinione asserentibus docuit Covarr. lib. pract. Practic. quest. cap. 32. & Clar. §. fin. v. 7. Septimera, qui tamen loquatur de delinquente, qui post delictum effectus est Clericus, vel Religiosus; est etiam intelligendus quoad oblatos, qui habentes requisita, sunt & ipsi ecclesiasticae personae ut supra est demonstratum.

Ad quartum, iam Sacra Congregatio declaravit decretum d. c. 11. non procedere in civilibus, sed tantum in criminalibus, mota praecipue causa finali dicti decreti, quae habetur in proemio ipsius, ibi, *exempta occasione laxiora vitae*. Quae ratione videtur etiam respondendum jurisdictionem Episcopo tributam respicere spiritualia tantum, videlicet correctionem, & punishmentem delictorum, & alia, de quibus in cap. Dudum; si secundo, de elect.

Ad quintum repetendum quod supra dictum fuit; oblatos non habentes requisita non esse ecclesiasticas personas, nec assumere privilegia Religionis, cui offeruntur, & propterea non eximii etiam a jurisdictione Diocesani, Ant. de Butr. in d. cap. Cum plantare, in ult. not. Henr. hic, & probatur in d. cap. penult. infra eod. Ideoque Concilium quoad non plane oblatos nihil novi induxit, cum iam essent sub jurisdictione Episcoporum, sed oblatulatum submovit, ita ut ex consuetudine, quam omnes Doctores praefertim in cap. 2. de foro compet. clamant in hac materia esse attendendam, vel ex aliquo speciali Religionis privilegio tales non plene oblato essent exempti a dicta jurisdictione Episcoporum: illam eis Concilium restituit. Quod verò ad eos, qui plene oblato privilegia Religionum erant assecuti, hoc tantum novi statuit, quod ad actuale servitium requisivit, quod non erat eorum jure veteri, adeo ut absque illo servitio actuali remaneant sub jurisdictione Diocesani: Alia autem duo requisita quod intra septa degant, & sub obedientia vivant, iam concurrere debebant de jure communi in plene translato; ut supra dictum est, ut privilegia Religionis assumeret.

Ex quo sequitur quoad oblatos duo tantum ultra jus commune statuisse Concilium. Alterum ut non plene oblato non oblatum privilegio, aut consuetudine, subint Diocesano: alterum ut plene oblato etiam ipsi Ordinario subiecti sint, in ultra alia non concurrant in eis actuale servitium Religionis. Utroque autem casu hujusmodi jurisdictione videtur concessa Ordinariis cumulative, & non privatim cum Superioribus Regularibus in illis casibus, in quibus ipsi eam habent in oblatos: nam jurisdictione tributa per legem censetur concessa cumulative cum aliis illam habentibus, DD. in l. fin. C. de iuris. am. iudic. Roman in conf. 393. n. 2. & sequitur Felin. in cap. Pastoralis, nu. 2. de offic. Ordin. & de communi testatur Iason in l. Quod in retum, §. si quis post, ff. de leg. 1. & bene facit doctrina Bart. in l. Viras, in primo notab. C. de divo, offic. lib. 12 ubi sentit statuto disponente ut scholares coram Episcopo conveniantur non esse ademptam jurisdictionem Reclori illam habenti vigore legis, aut consuetudinis, nisi statu-

tum uteretur in ditione taxativa, videlicet ut Episcopus tantum cognoscatur: quod casu tantum putat auferri jurisdictionem Reclori competentem ei de jure communi, non autem si ei competat ex consuetudine: Bartolus refert, & sequitur Felin. in d. c. Pastoralis, num. 2. in 3. limit. Et quamvis talis jurisdictione censetur tributa privatim ubi de mente concedentis apparet, ut ibidem per Felin. in 1. limit. & de communi testatur Io. Baptista Ferrer. conf. 141. nu. 25. tamen in casu nostro tantum abest ut appareat de mente Concilii, quod voluerit tribuere Episcopo jurisdictionem privatim, ut potius constet eam voluisse cedere cumulative: nam Concilium ubi voluit tribuere talem jurisdictionem privatim ad inferiores, id expressit, ut in cap. 20. §. Ad hac, sess. 24. & in cap. 3. sess. 25. ergo in hoc casu, in quo non expressit, voluisse credendum est, vulg. l. Vnica, §. Si autem ad deficientem, C. de caduc. tollen. & alia in simili Sacra Congregatio declaravit jurisdictionem tributam Episcopo vigore cap. 7. sess. 7. cap. 11. sess. 25. de Regular. & cap. 8. sess. 7. intelligi cumulative cum inferioribus.

De Privilegiis.

Cap. Quod nonnullis.

S V M M A R I V M.

Interdicti generalis tempore clam celebrare possunt Episcopi non prohibiti, qui non fuerunt interdicti culpabiles. Idem in Cardinalibus, n. 4. Privilegium Religiosus concessum extenditur ad Episcopos, & n. 28. Privilegia non extenduntur de persona ad personam etiam ex identitate, vel maiestate rationis, ibidem, & n. 25. Declaratur n. 16. & 28. Privilegium celebrandi clam tempore interdicti non suffragatur eis, quorum culpa, & fraude interdictum fuit propositum. Altari viatici privilegium an competat Cardinalibus, & n. leg. usque in fin. Altari viatici privilegium quod habent Episcopi, & eorum superiores ex cap. fin. de privileg. lib. 6. non fuit sublatum a Concilio Tridentino. Et Episcopi eo uti possunt ex rationabili causa, etiam extra casum absentiae. Oratoria ad usum Episcopi etiam extra illius diocesis constructa non comprehenduntur in decreto de non celebrando in privatis oratoriis. Altari viatici privilegio uti potest Episcopus in aliena diocesi, etiam contra dicentem Episcopo Diocesis. Cardinales, & Episcopi an Roma utantur privilegio altari portatili absque indulto Papa, & n. 31. Cardinales sunt maiores Episcopi dignitate, & officio, sed minores Ordine, & n. 13. Cardinalatus nulla est maior dignitas in Ecclesia Dei, & in Cardinalibus residet tota maiestas Christiana Republica, & n. 21. Dignitas, & officium preponderat Ordini in praesentationibus.

Altari

33 Altari portatili privilegio uti potest Episcopus electus, & confirmatus, licet non consecratus, & n. 23. 36 Altari viatici privilegium favore cultus divini est late interpretandum, quatenus patitur verborum latitudo, & n. 20. 37 Cardinales, sicut Episcopi possunt sibi eligere confessorem, qui tamen vel parochiale beneficium habeat, vel sit approbatus ab Ordinario ad confessiones audiendas. 38 Privilegium Primitivum latissime interpretandum est. 39 Privilegia Episcopi concessa ratione Pontificali officii competunt etiam Cardinalibus. 40 Episcoporum appellatione veniunt etiam totum Superiores, & n. 30. 42 Ratio ubi est eadem, lex non dicitur extendi, sed enucleari, & n. 28. 43 Episcopi appellatione venit etiam nondum consecratus in materia proportionalibus, tamen confirmato, quomodo consecratus. 44 Cardinales an habeant privilegia cap. Quia periculosam, de sentent. excom. lib. 6. ut panam suspensum, vel interdictum non incurant nisi in sententia sive expressa. 46 Interpretatio in dubio fit pro iure communi, quando concurrunt privilegia. 47 Altari portatili privilegium concessum Fratibus Praedicatoribus, & minoribus non extenditur ad Episcopos. 48 Privilegium extenditur ex identitate rationis, si id patitur lata verbi significatio, vel alias esse elusorium. 49 Privilegium celebrandi Missas in Capella, ad quam constituti fidelium multitudo, extenditur etiam ad Missas cantatas, & ad oblationes voluntarias.

QUOD NONNULLIS. Tempore generalis interdicti clam celebrare possunt Episcopi non prohibiti, qui non fuerunt interdicti culpabiles. Hoc dicit Io. Andr. Butr. Card. Anchar. & Abo. Primo ponit privilegium. Secundò exceptionem, ibi, nisi. Tertio determinationem, ibi, verò. Hodie hoc non est privilegium Episcoporum, sed jus commune, ut in cap. Alma mater, de sent. excom. lib. 6. & ideo in hac Decretali non est multum insistendum: simile in cap. Communis situm 23. disticti. Nota primo ibi, ad Episcopos extendentes: privilegium Religiosus concessum non extendi ad Episcopos, quia privilegium non patitur extensionem de persona ad personam ex identitate rationis, ut est casus in cap. Sane, supra eodem, & hic notat Abb. in 1. notab. sed hoc intellige ut dicam infra n. 29. Secundò nota ibi, qui causam aliquam praestiterint interdicti. Privilegium aliquibus concessum, ut tempore interdicti januis clausis, suppressa voce, & non pulsatis campanis possint celebrare divina, non suffragari eis, qui causam dederunt, vel fraudem commiserunt in eo, propter quod positum est interdictum, ut quia interdictum fuit lacu ob eorum culpam, vel ipsi praestiterint favorem illis, qui causam dederunt interdicti, secundum Innoc. hic n. 3. & n. 4. in verb. Aliquam, & Abb. in 2. not. hodie hoc est expressum in d. cap. Alma Mater, de sent. excom. lib. 6. ubi plene videas de his,

qua hic tanguntur, & aliis ad hanc materiam spectantibus.

Sed hic occurrit dubium an privilegium celebrandi divina tempore interdicti aliquibus Religiosis concessum, dum hic extenditur ad Episcopos, censetur etiam extendi ad Cardinales, Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de leg. 5. sequitur in fin. add. v. 7. item ver. hoc duo, tenet Cardinalibus etiam sine legatione competere sex privilegia, quae recentiora à glossa penult. in cap. fin. de privileg. lib. 6. inter quae numeratur etiam privilegium, de quo in hac Decretali.

Ex hoc infero ad notabilem questionem an privilegium altaris viatici competat S. R. E. Cardinalibus.

Bonifacius VIII in cap. fin. de privileg. lib. 6. disposuit infra (Quoniam Episcopi, eorumque superiores se habent diversis ex causis à suis Ecclesiis, & diocelibus absentare frequenter, nec semper possunt commode ad ecclesias accedere pro Missa celebranda, vel audiendi in ipsis, sine qua eos transire non decet absque causa rationabili ullam diem praesenti constitutione indulgemus eisdem, ut altare possint habere viaticum, & in eo celebrare, ac facere celebrari) Quod quidem privilegium Sacra Congregatio alias censuit non fuisse sublatum decreto Tridentini Concilii cap.

unio sess. 22. de observan. & evan. in celebratione Missae, & Episcopos posse eodem privilegio uti, etiam extra casum absentiae ex rationabili causa, veluti magno incommodi, & ingruentis periculi quod etiam Navarr. tenet ac conf. 3. n. 2. de privileg. & in manual. cap. 23. n. 23. Quinimo quicquid contra scripserit idem Navarr. d. conf. 3. saepius respondit oratoria ad usum Episcopi etiam extra illius diocesis constructa non comprehenduntur in dispositione dicti cap. v. nisi, nec in declaratione ab ipsa Congregatione edita de non celebrando in privatis oratoriis. Circumscripto autem Concilio & declaratione praedicta, manifestum est privilegium hoc non restringi ad limites alicujus territorii, ut satis clare colligitur ex d. c. fin. ibi, à sui diocesis, ac diocesis absentare, & infra in verb. v. in omnes, quod ab Archidiacono prope fin. exponitur, id est quoque loco, sive in sua diocesi, sive extra, & à Io. Andr. & Lapo in tota Christianitate.

Idque procedit etiam contradicentibus Episcopis diocesani, quia haec Decretalis, secundum quae Episcopus poterat quidem in aliena diocesi extra Ecclesiam celebrare, sed tamen prohiberi poterat ab Episcopo loci, sicut in hoc ampliatu praedicti cap. final. de privileg. lib. 6. ubi ibi notat gloss. in verb. Indulgemus, Io. Andr. Gemin. & ceteri omnes: quod quidem privilegium secundum Archidiaconum fati concordat cum eo, quod habetur in cap. Concedimus, de consecrat. dist. 1. ubi Concilium Tribuente generaliter indulget, ut in itinere possint, si Ecclesia defuerit, sub dio, sive in tentoriis, ita tamen si tabula altaris consecrata, & altare portatile fuerit, Missarum sollemnitas licet celebrare. Item concordat cum simili indulto, quod Honorius III. tribuit Praedicatoribus, & Minoribus ut possint in altari viatico celebrare liberè, id est sine diocesano licentia, ut legitur in c. In his, infra eod. Itaque competit hoc privilegium Episcopis ad eum modum, quo competeat ante Concilium, à quo ex sententia S. Congregationis sublatum aut restitutum non fuit.

Hic

10 His prahabitis, consilium sacra Congregatio an eodem modo hoc privilegium competat S. R. E. Cardinalibus.

Et quidem Romæ secundum Navarr. locis citatis ex consuetudine nec Episcopi, nec Cardinales hoc privilegium utuntur absque indulto speciali Summi Pontificis: verba Navarr. hæc sunt: (Servatur Romæ quod Episcopus non utitur illo privilegio episcopali, cap. final. post Concil. Trid. entin, adeo quidem, quod neque Cardinales utuntur eo, nisi de concessione expressa Papæ, quam Papa concedit quidem illis, sed rarissime a-
11 his Episcopis) Hæc Navarr.

11 Sed quicquid sit in Curia, in qua Prælati consueverunt abstinere etiam ab usu facultatum, & privilegiorum suorum sive ob reverentiam Summi Pontificis, juxta notata in cap. Quia fronte, de appcat. & in cap. Volentes, de off. Delegat. glof. 1. in cap. Exilegium, de reg. jur. lib. 6. glof. penult. in cap. Antiqua, supra eodem, sive ob facultatem recursum ad Sanctitatem suam pro gratia obtinenda, ex traditis per Felin. post Inol. in cap. Quod super his, num. 12. vers. Sed quod dicit, de fide in-
12 fterum. Ad dubium videtur respondendum simpliciter privilegium altaris viatici competere Cardinalibus ad eum modum, quo competit Episcopis in vim dicti cap. final. Nam verba illa textus, eorumque superiores, eum exponantur à glof. in cap. Quia periculosum, in verb. Superioribus, de sentent. excomm. lib. 6. pro Archiepiscopis, Patriarchis, & Primatibus; tamen in sui latitudine apta sunt comprehendere etiam Cardinales, qui dignitate, & officio sunt majores Episcopis, cap. Constantino 96 distind. cap. Per venerabilem, §. Rationibus, Quis sit legit. Anchar. conf. 295. Pro clari-
13 oriori, vers. Præcedunt enim Episcopi dignitate, & prærogativa multa, Ioan. Monach. P. Io. Andr. Gemin. & alii in cap. 1. de schismat. lib. 6. Bald. in l. Ad imitandum, Col. de Episc. & Cleric. & in l. 1. ff. de hie. Prælat. Prætor. & latissime probat Andreas Barbata in trad. de præst. Cardin. à num. 42. usque ad num. 52. ubi paulo ante num. 43. ait rectè loquutum fuisse Hollien. Io. Andr. Io. de Lignan. & omnes Iuris prudentes modernos in cap. Dilectus, in primo, de præben. dum dixerunt nullam dignitatem esse hodie majorem Cardinalatu; Et idem tenet Cardin. id Clem. Ne Romanis, de elect. ubi ait Cardinalatum hodie esse summum gradum post Papam Et quicquid sit de Doctorum opinionibus, clarè id constat ex epistola Decretali Eugenio IV. de Sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium dignitate ceteris ecclesiasticis dignitatibus præstantiori: quæ incipit, Non mediocri, Data Florentie, ubi Eugenius tunc residebat in Concilio Florentino, anno sui Pontificatus 8. ad Archiepiscopum Cantuariensem in Anglia, qui quæstionem moverat super præcedentia cum Ioan. tit. S. Balbina Presbytero Cardinali. In ea enim validissimis rationibus diffinitur, post Caput Ecclesiæ quod est Papa, consigua sui corporis membra, qui sunt fratres ejus Cardinales, præ ceteris Ecclesiæ membris, ac partibus honorari debere. Et Cardinalatus dignitatem esse majorem, ac sublimiorem Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali, & ita semper in Ecclesia habitam. & reputatam fuisse, Idemque habetur in Constitutione Leonis X. in Concil. Lateranensi edita tertio nonas Martii
14 1514. quæ incipit, Suprema, ubi: (Et cum S. R. E.

Cardinales ceteros omnes in ipsa Ecclesia post Summum Pontificem honore, ac dignitate præcedant.) Quod colligitur etiam ex Tridentina Synodo, c. 1. sess. 24. & ex Constitutione Sixti V. de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium præstantia, edita tertio nonas Decembris 1586.

Neque obstat quod Cardinalis ordine sit minor Episcopo, cap. Antevmnia, 40. dist. c. De his, de consecrat. dist. 5. Clem. Si quis iudicente, §. Nec super hac, de panu. glof. ultim. in Quamquam, 2. q. 7. Hollien. Abb. & alii in c. Ecclesiæ, §. secundo, de elect. dum, fise Barbat. loco præcitato: Nam respondetur in ejusmodi prærogativis, & privilegiis potius habendam esse rationem dignitatis, quam Ordinis, ut declarat idem Eugenius in prædicta Decretali, his verbis: Nec cauetur quisquam quod Ordo Episcopalis Presbyterio major sit, quoviam in ejusmodi prærogativis officium, ac dignitas præponderat Ordini; quemadmodum jure tantum est, ut Archidiaconus non Presbyter sui jurisdictionis obtineat Archiepiscopo præferatur,) Hæc ibi. In specie autem in privilegio altaris viatici potius spectari prærogativa dignitatis, quam Ordinis, ex hoc licet intelligere, quod idem privilegium competit etiam Episcopo electo, & consecrato, quamvis non consecrato, secundum Gemin. & Franc. in d. cap. fin. de privileg. lib. 6. ut latius dicitur inferius. Quemadmodum ergo Cardinales honoris prærogativa lætantur, sic privilegii potiri debent ampliori-
15 bus, ut legitur in cap. Officio, de off. Leg. lib. 6.

Nec refertur quod Archidiaconus in d. c. fin. in verb. Indulgentia, dicit: Cum illa sit Episcoporum indulgentia, eam non extendam; quandoquidem cum verba illa Decretalis, eorumque superiores, congrue conveniant Cardinalibus, ut ostentum est, supra hæc non dicitur extensio privilegii, sed comprehensio, cap. Porro, supra eodem. Ideo videmus privilegium eligendi Confessorum, quod similiter conceditur Episcopis, & aliis Superioribus in cap. final. de penit. remiss. eodem modo competere Cardinalibus sicut Episcopis, secundum Ioan. Andr. in addit. ad Speculator. titul. de ligat. §. sequitur, in fin. addit. & Gondalsalvus de Villadiego in tractat. de Cardinalib. quæst. 17. Licet tam Cardinales, quam Episcopi teneantur eligere Sacerdotem, vel Parochiale beneficium habentem, vel aliis ad Ordinarium approbatum ad Confessiones audiendas, ad præscriptum cap. 15. sess. 23. Concil. Tridentin. ut Sac. Congregatio declaravit, & scripsi latissime in d. cap. fin. in Episcopis à num. 5. usque ad n. 31. & in Cardinalibus, à d. n. 31. usque ad n. 63.

Præterea contra Archidiacon. videtur sentire glof. in cap. in his, infra eodem, ubi cum Honorius II. declararet privilegium a se concessum Fratribus Predicatoribus, & Minoribus, ut ubique possint cum Aitari viatico celebrare, non esse ita intelligendum, ut facere hoc non possint abiq; Prælatorum licentia, ut quidam afferrebant, qui nimis stricte interpretabantur huiusmodi indulgentia: glof. in verb. Non nisi stricte dicit, quod esse non debet: quia Principis privilegium latissime interpretandum est, infra de verb. significat. cap. Olim, ff. de Const. princ. §. ultim. & 2. quæst. 3. cap. si quem, §. Nominatum, in fin.

19 Et hinc fit ut illa quoque privilegia, quæ tribuantur Episcopis sine illis verbis, eorumque Superioribus.

10 prioribus, & ob specialem rationem Pontificalis officii in cap. 2. de off. Deleg. lib. 6. in cap. fin. de iuram. calamm. & in hoc c. etiam Cardinalibus competant, secundum Ioan. Andr. & Villadieg. in locis proximè citatis num. 17. Er ratio est, quia appellatio Episcoporum veniunt etiam Superiores secundum glof. penult. in cap. Quia periculosum, de sent. excomm. quam ibi sequuntur Ioan. Monach. & Ioann. Andr. & dicit esse benè notandum Geminian. in fin.

20 Sed & ratio illa, quæ in d. c. fin. adducitur nempe quod sine Milla non deceat Episcopos, eorumque Superiores transire absque rationabili causa ullam diem, maxime congruit Cardinalibus propter eminentiam dignitatis, quæ post Papam nulla est major in Ecclesia Dei, ut inquit Rom. conf. 498. num. 11. Paul. de Caltr. conf. 421. n. 4. & conf. 421. num. 2. lib. 1. & dictum est supra n. 12. In eis enim ut dicit Iul. Clar. in pract. criminal. §. final. quæst. 98. num. 5. in fin. vers. Ego nunquam, re-
21 lictet tota majestas Christianæ Reipublicæ: unde in primis decet eos in his quæ ad Dei cultum spectant, ita aliis prævalere, ut merito omnium in se oculos convertant, ut legitur in cap. 1. in fin. Jess. 70. Concil. Trident. & in Constitutione Sixti V. de S. R. E. Cardinalium præstantia: quæ incipit, Postquam verus, ubi: Luceant omnibus qui in domo Domini habitant, & ibi: In quos ob consuetudinem gradus omnium oculi, omnia ora convertuntur. Et cum ratio illa decentia sit expressa in Canone, illius dispositio habet locum in Cardinalibus non ex vi extensiva, sed comprehensiva, Ita sola, vers. Satis tamen, & de revocan. donat. Bald. in rubr. C. de natur. sanor. glof. lat. & alii in Auth. Quas actiones, C. de sacros. Eccl. Neque enim dicitur lex extendi, ubi eadem est ratio, sed enucleari, l. Si postularerit, §. Sed si negaverit, ff. de adulter. quem tex. ad hoc propositum allegat, Oldr. conf. 185. Thoma male est; in fin. Calder. conf. 1. Vt lite pendens. cum aliis adductis per Cravert. conf. 184. Regula, n. 3.

22 Ethinc fit, ut quavis appellatione Episcopi regulariter non veniat non consecratus, secundum glof. in cap. 1. de rellig. don. & glof. in Clem. 1. de pan. in princ. Tamen privilegium altaris portatilis competit etiam Episcopo electo, & consecrato nondum consecrato, ut per Gemin. in d. c. fin. ult. quæst. quia secundum eum materia est proportionabilis consecrato, sicut consecrato, & sequitur Franc. ibid. n. 3.

23 Neque obstat quod in cap. Quia periculosum, de sentent. excomm. lib. 6. per eademmet verba, Episcopis, eorumque Superioribus indulgeatur, ut nullam interditi, vel suspensionis penam incurrant, nisi in sententia sint expressi, & tamen privilegium illud non competit Cardinalibus, ut tenet Io. Monach. ibidem. 4. dicens: In hoc tamen Cardinales non includo: ubi etiam Philipp. Prob. in addit. num. 1. Ioan. de Anan. in rubr. de Cler. excomm. in ultim. col. Idque fortè verius putet Felin. in cap. Quod super his, num. 12. vers. Secundum quia de sine in fin.

24 Primo enim respondetur hoc idè contingere, quia secundum præallegat. DD. in Cardinalibus cessat ratio illius Decretalis, scilicet impediendi officium Episcopale: Ministerii enim quod ex debito officii sui impendunt Cardinales Romano Pontifici in Conciliis exhibendis pro administratione universalis Ecclesiæ juxta text. in

cap. Per venerabilem, §. Rationibus, Quis sit legit. & decret. Trid. Concil. d. c. 1. sess. 23. Non est officium Episcopale, quod impediat per sententiam suspensionis, vel interditi; unde non mirum si verba illa, eorumque Superioribus, utcumque generalia restringantur ad limites specialis rationis, juxta text. in l. Cum pater, §. Dilectissimi, ubi Bart. & DD. notant, ff. de leg. cum similib. At in casu nostro ratio quod non deceat transire ullam diem, sine Milla celebranda, vel audienda, non cessat; imo maxime viget in Cardinalibus: ac proinde dispositio etiam si esset specialis, deberet tamen extendi juxta latitudinem rationis generalis. Regula, §. fin. ubi Bart. & Bald. notant, ff. de iuris, & sed. 29. not. Abb. in cap. Sicur, in fin. de testam.

Deinde respondetur contra Io. Monach. stare auctoritatem Io. Andr. in d. cap. Quia periculosum, circa princip. de sentent. excomm. lib. 6. & ibidem Gemin. vers. Quæstio an Cardinalis; & Anchar. n. 1. ubi tenent privilegium prædictæ Decretalis etiam Cardinalibus competere. Dicitur etiam ita tenere Hollien. in cap. 2. de Cler. non resident. idque intelligendum esse etiam in Cardinalibus non Episcopis.

25 Sed obijciunt: In privilegiis non fit extensio de persona ad personam, etiam ex identitate, vel majoritate rationis, cap. Ne aliqui, ubi Gemin. in 4. notab. de privileg. lib. 6. Ant. de Butt. in cap. sane, supra eodem, & est communis opinio, ut testatur incertus Auctor post Regulas Societ. regul. 4. privilegia debent stricte interpretari in prima ampliat. Et ratio est, quia in dubio sit interpretatio pro jure communi, quando concurrunt cum privileg. cap. 1. de rescript. cap. 1. ubi Anton. de Butt. de donat. cap. 1. §. Namquid, de privileg. lib. 6. ubi Gemin. in 1. notab. Feder. de Senis, conf. 158. circa med. vers. Item quando ius commune; Ideoque privilegium Altaris viatici concessum Predicatoribus, & Minoribus, juxta cap. In his, infra eod. non extenditur ad Episcopos, licet in eis militet eadem, aut major ratio, ut ex eo text. deducit Abb. in 2. notab. Ergo eodem modo hoc privilegium concessum Episcopis non videtur extendendum ad Cardinales ex identitate, vel majoritate rationis.

26 Ceterum respondetur objectum procedere quædo verba privilegii ita sunt restricta ad certas personas, ut etiam secundum latam vocabuli significationem nequeant ad alias ampliari, tunc enim verissimum est non admitti extensionem de persona ad personam, nisi cum privilegium aliàs esset elusorium, & nihil operaretur, juxta terminos cap. Lites, de privileg. lib. 6. Et ita procedit hæc Decretalis, ubi privilegii clam celebrandi tempore generalis interditi concessum Fratribus Predicatoribus, & Minoribus, idcirco ab Innocentio III. extenditur ad Episcopos, quia eorundem Fratrum appellatio etiam secundum latiorem vocabuli significationem non veniunt Episcopi, unde benè ex eo textu, deducit Abbas privilegium Altaris viatici prædictis Fratribus concessum ad Episcopos non extendi, ut dixi supra in 1. notab. At secus est si verba privilegii secundum sui latitudinem, ac generalitatem sunt apta comprehendere etiam alias personas, quàm nominatim expressas, quia tunc si privilegium sit favorabile, fit lata interpretatio, ut habeat locum in omnibus qui sub verborum ampliori significatione conti-
27 nen-

nentur, & in quibus eadem ratio concurrat: idque non per extensionem, sed per comprehensionem, & declarationem, secundum Bald. & alios superius citatos n. 22. Nam & in privilegio fit lata interpretatio quatenus patitur verborum proprietates, ut post Ang. Calder. & Anton. de Butr. tradit Dec. conf. 113. Viso tenore, n. 6. vers. Et ideo cum multi.

29 In privilegio autem altaris viatici favore cultus Divini benigna est interpretatio facienda, ut dicitur textus in d. c. In his, infra eod. Ideoque videmus privilegium celebrandi Missas in Capella, & Oratorio absque auctoritate Episcopi constructo, ad quod confluit multitudo fidelium, extendi etiam ad Missas cantatas alta voce: & in ea recipi etiam posse oblationes voluntarias propter minitros, ut ex facto responderunt Petr. de Anchoran. & Gasp. Calder. inter conf. 10. Cald. conf. 21. aliis 6. de relig. domib. Verba autem illa, eorumque Superioribus: quae habentur in d. cap. fin. de privileg. lib. 6. in sua latitudine sunt apta comprehendere etiam Cardinales; & ratio decet ibi considerata, quae viget in Cardinalibus, ac in Episcopis. Ergo ex his omnibus privilegium accipi debet in latiori significatione, ita ut etiam Cardinales comprehendat: & hoc intelligit gloss. & DD. in d. cap. In his, dum dicunt illud privilegium esse latissime interpretandum. Et hac ratione conciliatur etiam gloss. cum Archidiacono in d. cap. fin. de privileg. lib. 6. nam Archid. dicit praedictam Decretalem non esse extendendam, id est de casu ad casum, vel de persona ad personam in privilegio etiam secundum amplitudinem verborum non comprehensionem. Gloss. vero dicit hoc privilegium esse latissime interpretandum, id est, ut habeat locum in omnibus, qui sub latiori verborum significatione continentur.

Ad extremum privilegium altaris viatici competere etiam S. R. E. Cardinalibus censet, licet articulum non examinet, Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de leg. 3. Sequitur, in fine. addit. Gondisalvus de Villadieg. in tract. de Cardin. quest. 13. Manfred. in sod. tract. decis. 214. & Cardinal Jacobac. de Con. lib. 1. art. 1. num. 206. Quae opinio satis videtur approbata in praedicta Constitutione Leonis X. edita super reformat. Praelat. Eccles. 3. nonas Maii 1514. qua inter caetera statuitur, ut (Cardinales sint omnes vigilantes, ac divinis officii, Missarumque celebrationibus intenti, habeantque Capellas suas in loco honesto, prout facere consueverunt.) Haec ibi unde etiam patet verum non esse quod Navarr. Cardinales Romae non uti hoc privilegio absque speciali licentia Papae; Imo enim statim atque creati sunt Cardinales, elegerant, & audiunt Missam in suis Capellis ad praescriptum eiusdem Constitutionis, nec super hoc ulla expeditur litterae a Secretaria Brevium; & sane cum Cardinales in Romana Curia iugiter residere teneantur, d. cap. Per venerabilem, §. Rationibus, Qui fil. sunt legit. & cap. 2. de Cler. non resident. Idque dilucide illis praecipitur a Leone X. in antedicta Constitutione, Si Romae non haberent usum altaris portatilis, privilegium d. c. fin. si nihil eis conferret. & esset omnino elusorium, contra litteram textus in d. cap. In his, infra eod. & cap. Liber, eod. tit. lib. 6.

De Privilegiis.

Cap. Quanto.

S V M M A R I V M.

- 1 Privilegiati quod excommunicari non possint ab Ordinariis, non debent excommunicari etiam indirecte.
- 2 Privilegia non sunt violanda etiam indirecte.
- 3 Statutum Episcopi excommunicans accedentes ad monasterium Monialium exemptum sine eius licentia an valeat, & n. seqq.
- 4 Excommunicatio lata ab Episcopo in subditos suos, qui molunt in molendinis, vel coquant panem in furnis Regularium exemptorum non tenet.
- 5 Terminus, ad quem, non in quo dispositio celebratur, debet considerari.
- 6 Finis, cui conceditur, videntur concessa omnia, quae ad illum finem tendunt.
- 7 Indulgentia ab Episcopo concessa subditis pro opere construendo in alterius diocesi absque Diocesani consensu, remittitur.
- 8 Regularis accedens ad monasterium Monialium Regularibus subiectarum, & ibi colloquens cum Moniali, an possit puniri ab Episcopo, & numerus sequens, usque in finem.
- 9 Regulares accedentes ad Monialium monasteria etiam exempta inveniunt in excommunicationem contra accedentes Episcopi edito propositam.
- 10 Clausura monasterii Monialium qualiter ab Episcopo conservanda, & ubi collapsa fuerit, restituenda.
- 11 Clausura custodiam habentes etiam conomitantia.
- 12 Collocutiones clandestinae cum Monialibus suspecta sunt sacris Canonibus.
- 13 Episcopum tanquam Sedis Apostolicae Delegatum potest corrigere abusus circa clausuram Monialium Regularium subiectarum.
- 14 Bulla Gregorii XV. subiecti iurisdictioni Episcopi Regularis delinquentes circa clausuras monasteriorum Monialium, vel circa personas in eis degentes.
- 15 Et verba Bullae expenduntur n. 10. & seqq.
- 16 Regularis colloquens cum Moniali sine legitima licentia est privatus voce activa, & passiva, & mortaliter peccat.
- 17 Dicitur, circa, quid importet.
- 18 Clausura nomen genus est tam ad interiorem, quam ad exteriorem.
- 19 Verba universalis, & geminata extendunt dispositionem ad ea, quae aliis non comprehenderentur.
- 20 Prohibitio facta uni ex correlativis censetur etiam alteri facta.
- 21 Regulares mittentes Epistolas ad Moniales an possint puniri ab Episcopo.
- 22 Iniuria quot modis inferatur.
- 23 Bulla Gregorii XV. per quam sit redditus ad ius commutatus, est favorabilis & late interpretanda.
- 24 Lex etiam patula late interpretanda est, quatenus patitur verborum proprietates.

QVAN-

De Privileg. c. Quanto.

QVANTO Privilegiati quod excommunicari non possint ab Ordinariis, non debent excommunicari etiam indirecte. Hoc dicit secundum Io. Andr. & omnes. Vel generalius secundum Cardin. & Abb. Privilegia non sunt violanda etiam indirecte: & per hanc litteram Petr. de Anehar. in cap. Periculoso, num. 5. col. 3. circa finem, vers. Secundum quatuor, de stat. Regular. lib. 6. contra Lapum Abbatem determinat non valere statutum Episcopi excommunicans accedentes ad monasterium Monialium exemptum sine eius licentia; nam per hoc videtur contra privilegium exemptionis facere impediendo liberum accessum in subditis suis, argum. huius c. ubi declaratur irrita excommunicatio lata ab Episcopo in subditos suos, qui molunt in molendinis, vel panem coquant in furnis Monachorum Claustralium habentium privilegium, ut ab Episcopo excommunicari, vel interdici non possint: nam secundum Anehar. in subditis non potest fieri talis prohibitio, si tendat praedictum, sive dandum sit privilegiati, argum. cap. final. de immunitat. Eccles. lib. 6.

Item considerato effectu, tale statutum videtur principaliter concernere ipso exemptos, licet verba ad aliud referantur; & terminus ad quem, non in quo dispositio celebratur, debet considerari, ut l. Quae sponsa, c. de donation. ante nupt. & licet monasterium eximitur ab Episcopi potestate, ita accessus ad illud debet intelligi liber: nam cui conceditur finis, videtur concessa omnia, quae ad illum finem tendunt, l. Adrem movibilem, & l. Ad legatum, ff. de procurator. & cui conceditur haustus ad fontem, conceditur similiter & iter ad ipsum, l. 3. §. final. ff. de servit. rustic. praediar. & cui relictum est horreum, ad quod erat transitus per domum, videtur etiam relicto esse transitus, l. Olimpio, ff. de servit. urban. praediar. ex quibus concluditur statutum tale non valere, utpote tenens, & principaliter disponens super re non subdita statuenti. Sed ut responderet Geminian & Franc. proxime citandi, tale statutum nec directe, nec indirecte praedictum monasterium, vel exemptioni cum ad monasterium prohibentur accessiones, sed praedictur ipsis accedentibus; & sic non obstat iste text. Ad praedictam quaestionem vide plurimas, & pulcherrimas rationes, quas ex Oldrado in utramque partem tradit ipse Petr. de Anehar. in cap. Postulasti, d. n. 12. usque ad n. 23. de foro compet. in quest. An Episcopus possit concedere subditis indulgentiam pro opere construendo in alterius diocesi absque illius consensu.

QVÆRO, An, posita Constitutione Gregorii XV. de exemptorum privilegiis, Regularis absque legitima licentia accedens ad monasterium Monialium Regularibus subiectarum, ibique in loco colloquiis destinato cum Moniali colloquens, à Diocesano Episcopo tanquam Sedis Apostolicae delegato coerceri, & puniri possit.

Moverit hanc quaestionem in individuo Geminianus in cap. Periculoso, §. Et quantum, col. 2. post princ. vers. Sed pone, de stat. Reg. lib. 6. ubi post Lapum Abbatem nu. 2. quærit si monasterium sit exemptum, & Episcopus faciat Constitutionem, ne quis ad illud accedat sine sui licentia, aliis eo ipso sit excommunicatus: An exemptus absque licentia ad illud accedens, incidat in excommunicationem, necne? & ex pluribus resolvit incl. Prop. Fagn. in 2. par. §. lib. Decretal.

derè si transeat per diocesim Episcopi, & probabiliter Constitutione non ignoret: Nam ex quo inquit, Episcopus imponit penam eunti ad monasterium, & istud ire est delinquere, & sic est delictum factum in loco non exempto, licet sit confirmatum in loco exempto, ex hoc sequitur, ut Episcopus punire possit, cap. 1. de privileg. lib. 6. & idem censet in d. c. Periculoso, Franc. n. 6. & las. conf. 83. vol. 1. ubi in fine licet ait (Et verè cum habeamus apertam decisionem Lapi Abbatis, & Gemin. in individuo firmantium quaestionem nostram, nescio quis iustus iudex volens iura administrare, possit ab eorum decisione recedere) Quae sententiam jam diu approbavit S. Congregatio, dum declaravit Regulares accedentes ad monasteria Monialium, etiam exempta ab Episcopi iurisdictione incidere in penam excommunicationis contra accedentes Episcopi edito proposita, nisi habeant nominatim privilegium, ut non possint excommunicari; & tamen eo etiam casu censuit eos aliis penis esse puniendos.

Quod videtur etiam probari posse, quia ex dicto cap. Periculoso, & decreto Concilii Tridentini cap. 5. sess. 25. de Regular. Episcopi tanquam Sedis Apostolicae delegati sub obrestitutione divini iudicii, & interminationis maledictionis aeternae jubentur procurare, ut clausura Monialium exemptarum ubi violata fuerit, restituantur, & ubi violata est, conservetur; inobedientes, atque contradiutores per censuras ecclesiasticas, aliisque penas compescentes. In hoc autem auctoritate conservandi clausuram, utique comprehenduntur ea omnia, quae ad ejusmodi conservationem spectant, & sine quibus clausura nullo modo, aut difficile conservari potest, ut in hac specie tradit Io. Monach. in d. c. Periculoso, n. 2. ubi ait habentes custodiam clausuram, habere etiam illa omnia, quae clausuram comitantur per regulam, 2. ff. de iur. iudic. uno. iud. cap. Praeterea, de off. deleg. & cap. de prudentia, de dote post divor. restituen. At experientia docuit ad clausuram conservationem magnopere pertinere, ut Regulares ad illa non accedant, nec cum Monialibus colloquantur absque legitima licentia: idcirco enim tot prohibitiones sub gravibus penis hac in re à Sede Apostolica emanarunt. Ergo Episcopus potest illos arceri, & contrafacientes punire. Et revera maxime absurdum videretur ut Episcopi gravissimo illo decreto praecipiantur clausuram inviolatam custodire; & tamen nequeant ab illa arceri quos expedire indicaverint: huiusmodi enim prohibiti & clandestinae collocutiones sunt valde sacris Canonibus suspectae, ut patet ex septima Synodo, cap. 20. cujus verba consulto omittimus; & propterea Concilium Hispalense, 2. cap. 11. dum subiecit monasteria provinciae Bethicae Monachorum Regimini, subdit ea tamen circa Moniales cautela servata, ut remoti de earum peculiaritate, nec usque ad vestibulum habeant accedendi familiariter permillum.

Ideoque cum Episcopus Bellunen olim retulisset S. Congregationi Concilii nonnullos abusus circa facultatem alloquendi Moniales Regularibus subiectas, S. Congregatio respondit hoc caput, quod clausuram, ejus conservationem, ac restitutionem respicit ad iurisdictionem Episcopi tanquam Sedis Apostolicae delegati pertinere.

Quae tamen quavis forte non tranfirent ab ipsi

difficultate ex dispositione juris, & Concilii certe factis clarè videntur procedere post Gregorianam Constitutionem, quæ difertis verbis tribuit Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ delegato facultatem puniendi quoscumque exemptos tamculares, quam Regulares, qui delinquant circa clausuram, aut circa personas degentes intra septa monasteriorum Regularibus subjecta: certum est enim Regularem absque legitima licentia loquentem cum Moniali grauer delinquere, & ex decreto Sixti V. esse ipso iure priuati voce actiua, & passiuæ, & ex declaratione Congregationis Episcoporum, & Regularium mortaliter peccare. Delictum enim clausuræ in d. Constitutione non videtur materialiter, & physicè accipiendum pro sola murorum fractura, sed moraliter, ita ut comprehendat quemcumque modum, per quem Monialium custodia violari possit, qualis videtur esse prohibita allocutio.

15 Idque eo magis, quia Constitutio non restringit se ad violantes clausuram, nec loquitur de delinquentibus in clausura; sed utitur dictione illa circa, quæ magis latè patet; aliud est enim aliquid fieri circa solum, aliud in solo, ut notatur in l. 1. §. Hoc autem editum non omnia; ff. de noui operum nunciis, & circa provinciam dicitur esse qui abest per duas dietas tantum, Archid. in cap. 1. de officio Ordinar. lib. 6.

16 Itaque quatenus Regularis accedens contra prohibitionem Papæ ad clausuram Moniali propriè non delinqueret in clausura, negari tamen non potest, quin delinquat circa clausuram: præsertim quia clausura nomen genus est ad clausuram tam interiorem, quam exteriorem: & cum Constitutio simpliciter loquatur de delinquentibus circa clausuram, equè videtur intelligenda de clausura exteriori, ac de interiori: sub genere enim propriè utraque species comprehenditur, ut notatur in l. Si quis sic stipuletur, in glo. in ver. Omnes ibi, ff. solut. matr. & tam delictum est Regulari sine licentia ingredi exteriorem clausuram, quam interiorem, licet hoc sit grauius.

17 Præterea ponderanda est clausula Constitutionis inferius posita, quæ videtur ampliatiua præcedentium, his verbis (Ita ut Episcopus in supradictis casibus & in prænominas personas in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquomodo delinquentes, per censuras ecclesiasticas, aliasque penas procedere, omnèque jurisdictionem exercere liberè, & licitè valeat. Verba enim illa, in præmissis, & circa ea, extendunt dispositionem præcedentem etiam ad connexa, & comitantia: & illa dicitio, quoquomodo delinquentes, similiter ampliat præcedentia ad omnè delictum cuiuscumque sit qualitas, ita ut propterea quatenus delictum collocationis cum Moniali non comprehendatur in priori parte Constitutionis, satis tamè videatur comprehendere in secunda, quæ latius patet. Verba enim sic universalitè, & geminata extendunt dispositionem, & comprehendunt etiam casus, qui alias in illa non comprehenderentur, ut pluribus exemplis probat Romanus conf. 31. Visti in, in princ. num. 2. & Alex. conf. 102. Viso themate, lib. 6. & in specie verba, in præmissis, & circa ea, indicare Pontificem voluisse ampliari præmissa etiam ad casus non expressos. Patet ex iis, quæ de hac dictione, circa, superius dicta sunt: & de dictionibus, omnia, & singula, tradit Paulus de Ca-

stro conf. 418 col. 2. in princ. vers. In contrarium, lib. 1. & Amc. de Butr. conf. 19. n. 3. vers. In privilegio autem, & n. 5. ubi etiam de verbis, plene in omnibus, seu pleno iure; & de dictione, quoquo modo, seu quoquomodo modo, Bart. conf. 21. lib. 2. num. 5.

Et confirmatur: nam Gregorius in præmio Constitutionis recenset tres casus, in quibus ex decretis Concilii Regularis delinquentes ab Episcopo puniri non poterat: & declarat se velle prædictis decretis aliquid adungere, idque re ipsa observat in corpore Constitutionis in duobus casibus, id est cum Regularis non curati delinquit in administratione alicujus Sacramenti, Item cum delinquit prædicando in ecclesiis sui vel alterius Ordinis sine Episcopi benedictione, vel licentia, aut Episcopo contradicente: in his enim duobus casibus persistendo in terminis Concilii, Regularis ab Episcopo puniri non poterat, sed a suis superioribus Regularibus dumtaxat, ut prius declaraverat Congregatio. Ergo idem censetur Gregorius fecisse in 3. casu, nempe cum delinquit circa clausuram Sacramentalium, vel personas in ea degentes: nam si hunc 3. casum intellexisset de formali violatione clausuræ, nihil Concilio addidisset, quia Regularis eam violantes iam suberant jurisdictioni Episcopi ex decreto d. cap. 5. sess. 23. de Regular. unde in hoc quoque 3. casu Constitutio, aliquid addat decreto Concilii, ita intelligi debet, ut Regularis circa clausuram puniri possint pro delicto, pro quo ex præscripto Concilii puniri non poterat, & sic pro delicto ultra formalem clausuræ violationem.

20 Cæterum si hoc casu Regularis non videretur aliquibus delinquere circa clausuram, dubium tamen non videtur, quin delinquat circa personam intra septa degentem, & propterea ex hoc c. ab Episcopo puniri possit ad præscriptum Constitutionis: inducit enim Sanctimonialem ad seculum colloquendum contra prohibitionem Apostolicam; atque ita delictum est reciprocum ex parte utriusque: nam respectu unius, & ejusdem actus individui, sicuti est collocutio, prohibitio facta vni ex correlativis, censetur etiam facta alteri; idque verum est indistinctè, & in omni materia etiam odiosa, & pœnali, ut optimè declarat Cravetta de Antiq. tempor in 4. p. 5. Videamus, num. 29. & 30. & Socin. conf. 74. num. 5. & seq. lib. 3. Curt. Iun. conf. 6. num. 15. & seq. & Dec. in l. 1. c. de in ius voc. n. 7. vers. Trinitus.

Neque verò ea verba, circa personas salva ratione recti sermonis restringi possunt ad solos tactus corporis, sed cum sint generalia, referri debent ad quodcumque delictum personas Monialium concernens; præsertim quia, ut dicit text. in cap. Nos solo, 32. qu. 5. sæpe in tactis ab immunda violatione corporis fugit castitas ipsa de moribus.

21 Et hæc ob causam Gregorius legis conditor ore tenus dixit suæ intentionis esse, ut in Constitutione comprehenderentur etiam mittentes epistolæ ad Moniales, quasi & hi dicerentur aliquo modo circa illarum personas delinquere, confidèrata latitudine illius dictionis, circa: & quamvis de hac Gregorii declaratione nihil hodie appareat authenticè, notitia tamè utrumque habita mētis legislatoris promptiorè reddere debet Congregationem ad declarandum illos esse in Constitutione comprehensos, qui non per litteras tantum, sed

sed personaliter accedunt colloquendum cum Monialibus.

22 Et eo magis, quia littera Constitutionis propriè hæc interpretationem admittit: injuria enim adversus personam dicitur fieri non solum re, quoties manus inferuntur, sed etiam verbis, ut cū convicium fit; nec tantum in corpus infertur, ut cum quis pulsatur, sed aliquando etiam ad dignitatem, aut infamiam pertinet, ut cū a pudicitia attentatur, quæ sunt verba textus in l. 1. ff. de iniur. & eodem modo actio in personam infertur dicitur; & tamen corpus non tangitur, l. actionum genera; & l. Actio in personam, ff. de arb. & obligat quod clarius procedit hoc casu, in quo Constitutio non utitur verbis, in personam, sed circa personam, quæ latius patet, ut superius diximus.

23 His non obstat, quod Constitutio tamquam pœnalis strictè intelligenda; quia hoc casu non agitur de pœna Regularibus imponenda; absolutum est enim accedentes ad monasteria sine licentia esse puniendos, sed solum agitur a quo hæc pœna sit irroganda, an scilicet a Superiore Regulari, an ab Episcopo: unde Constitutio non debet propterea strictè intelligi, sed potius latè in favorem jurisdictionis ordinariæ: nam quamvis restringatur Religiosorum privilegia, sit tamen reditus ad jus commune antiquum, secundum quod Monachi & eorum Abbates suberant diocesanò Episcopo, cap. Abbates, & cap. Monasteria, 18. qu. 2. & tradit Navar. conf. 8. sub n. 3. de rescript. Planum est autem, Constitutionem, per quam sit reditus ad jus commune, favorabilem esse, & latè interpretandam, cap. Cum dilectus, §. Cæterum, & ibi gloss. communis, in ver. iurisdictionem, & Abb. nu. 21. de consuetud.

24 Et nihilominus etiam lex pœnalis est latè interpretanda quatenus patitur verborum proprietates, l. Cum lege, ubi Aret. ff. de testam. Rolan. à Valle conf. 54. n. 39. vers. Nam dictiones, lib. 3. & plenius Cravetta conf. 294. num. 2. vers. Amplius, & eo magis, quia per Constitutionem Gregorii tribuitur Episcopo jus procedendi contra Regulares exemptos auctoritate delegata; unde per hoc exemptionum privilegia non violantur, ut notat Abbas in cap. Gratæ, n. 1. de off. Orat. & dixi in cap. Tuatum, n. 31. supra cod.

De Privilegiis.

Cap. Ex parte il terzo.

S V M M A R I V M.

1 Quò in habitu, & tonsura, & cæteri ut laici conversantur, deprehensi in masculinis puniri possunt à iudice seculari.

2 EX PARTE, il terzo. Io Andr. & communitè Scribentes sic sumunt hæc Decretalem. Qui in habitu & tonsura, & cæteris ut laici conversantur, deprehensi in masculinis sic pro Clericis non defendunt: sed quia per alia jura Clerici sive in Minoribus, sive in sacris Ordinibus constituti, & in masculinis deprehensi sine habitu, & tonsura, fori privilegium non perdunt, nisi ter moniti non desistant, ut cap. Contin-

git, il secondo, infra de sent. excomm. cum suis concordant. propterea hoc cap. quod videtur oppositum innuere, multipliciter à Doctoribus intellectus: verior tamen, & communior videtur intellectus glossæ penultima hic. Tu in proposito vide Alexan. qui concordat cum glossa nostra in conf. 8. Vidatur super primo, n. 2. lib. 1. & quod scripsi in d. cap. Coningis, n. 6. 12. & 25.

De Privilegiis.

Cap. In his.

S V M M A R I V M.

1 Fratres Prædicatores, & Minores, an possint in clastro monasterii sui Ordinis in altari portatili Missam celebrare etiam invito Episcopo. Et quid de illius licentia, & num. seqq. usque in finem.

2 Missa de iure communè an, & quando possit celebrari extra Ecclesiam de licentia Episcopi.

3 Episcopus potest de iure concedere privilegium altaris viatici in sua diocesi, & solus Papa in universò Orbe.

4 Fratres Prædicatores, & Minores ex indulto Honorii III. ubi poterant altari viatico etiam Episcopo non permittere.

5 Privilegia sic debent interpretari, ut non sint inania, sed aliquid conferant præter ius commune, ibidem.

6 Fratres Prædicatores, & Minores etiam ante Concilium Tridentinum uti non poterant altari viatici privilegio posteaquam habuerunt Ecclesiam consecratas.

7 Altari viatici privilegium fuit innovatum à Sixto IV. & Alexandro VI. quoad Minores tantum, non autem quoad Prædicatores.

8 Societas Iesu Prædicatorum altari viatici privilegium à Concilio Tridentino ademptum restituitur à Gregorio XIII.

9 Fratrum Prædicatorum, & Minorum privilegium in altari viatico celebrandi fuit sublatum à Concilio Tridentino.

10 Privilegia etiam in corpore iuris clausa non desunt esse privilegia, & ideo comprehenduntur in generali privilegiorum derogatione, n. 9.

11 Altari viatici privilegium Episcopi concessum cur non ademptum à Concilio.

12 Iuri communi non est opus derogare, sed satis est, ut Principi statuatur contrarium eius, quod ius commune distulit.

13 Privilegia in corpore iuris clausa ex stylo Concilii Tridentini non consuevit expressè derogari.

14 Episcopus post Concilium Tridentinum non potest concedere licentiam dum celebrandi, ut infirmus pro viatico communicetur.

15 Fratres Prædicatores, & Minores non possunt in clastro suorum monasteriorum celebrare in altari portatili etiam de Episcopi licentia, & n. 19.

16 Secus si altare sit fixum in Oratorio ad divinum cultum dedicatum, ibid. & n. 22.

17 Tridentini Concilii decretum in cap. unico, §. Neve patiantur, sess. 22. de obsev. & evitan. in celebr. Missar. expenditur, & explicatur.

18 Principi domus, arces, & palatia, in quibus Barones